
Þegar
Andvana Lykame
Edla Gøfigrar Gudelskande og Dygdum Skryddrar
Høfdings MATRONÆ
Jorunnar Sal. Skuladottur,
Blessadrar Miñingar
Var med Soomasamlegre, eñ þoo Sorglegre Filgd mikillra maña nidursettur i Guds Barna Akur, iñañ Teigs Kyrkiu þañ 22 Junii Anno 1761.
Voru Epterfilgiande einfølld Lioodmæle framsett af so vel Heñar Sialfrar, sem og Efterþreyande
Edla Gøfigra Aastvina
þienustuskylldugum Elskara
GUDMUNDE JONSSYNE.



Melodian: Rerum certa Salus &c.

Hvad velldur hrigd er Saar?
Hvy brukast Sorgar Dragt?
Hvy fliota hvarma Taar?
Hvy Glede moot assagt?
Hvad er þier Hlidarende?
Hver hefur at þig Harma lagt?

2. Eg svara aptur mier,
Orsøk eg stoora fiñ
Til diuprar hrigdar hier,
Hverre velldur daudeñ,
Vægdarlaus stefnevargur
Um vindaugu þesse er iñgeingeñ.

3. A þeñañ gøfga Gard
Giørde iñvada hañ;
Undra Tioon af þvi vard,
Undrar þad hver eirn mañ,
Husprydе hiedañ svipte,
Hver kañ utmaala Harmeñ þañ?

4. Edla Gudelskande
Allskonar dygda kier
Agiæt a Islande,
Um hvad Raun vitne ber,
Skiær Jorun Skuladotter,
Haaleit Matrona hiedañ er.

5. Sem Sool um Himen haa
Hroosar best geislum ein,
Svo eirneñ heñe hiaa
Helgra dygda lioos skein,
Mikells Hus mesta pryde,
Mañkosta Lilia Hiarta hrein.

6. Hun rara hafde Trigd,
Hver vida ei Faaist kañ,
Elsku Root yferbigd,
J Raunum sañast vañ;
Merke þess mikel sinde
Mañ vid Rikañ og Faatækañ.

7. Miskunar verkeñ vañ
Veita þurfande Lyd
Klædde sadde svaangañ,
Siukum hæginda blid,
Þvi Fliootshlid þañeñ kveinar;
Þessa tioons seint eg bætur bid.

8. Edla Egta Herrañ
Aangistar reiner køf,
Sitt Hiarta sier nu Hañ
Socked haalft vera i Grøf,
Haalldradur Hosdinge
Leid Hañ Gud yfer Harma høf.

9. Raunmoodur reiknast maa,
Raun Alldurdoms þvi sañ
Raun þesse reis upp þaa,
Rauner tvøfallda vañ,
Raunsveittur Reckiu klæde
Rauna i Taarum væter Hañ.

10. Edla Foolk Aastviner,
Agiæter viner Hañs,
Af Hiarta harmþrungner
Hleipa ut Taara fans,
Sveitande i Sorgar Klædum.
Gud, snu hrigd vorre i Glede Dans.

11. Ach! þaa Aangist og Þraa.
Ach! Liooset sloknad er.
Ach! vot er Augna Braa.
Ach! Brioosteñ Sorgeñ skier.
Ach! hlioode Hlidarende.
Sooleñ þier undergeingeñ er.

12. Þad hresser hyggiu Bool,
Hier þoo sie mædañ saar,
Ad þesse Edla Sool
A Himnum lioomar klaar,
Jesu Riettlæte reifud
J Fadme hañs glansar Eilif aar.

13. Ute er Eymd og Neyd,
Aangist og mædañ Stiñ,
Fyrer farsælañ deyd
Feingeñ nu Sigureñ
Aa Himneskum Haasrama
Alldrei mun verda Endereñ.

14. Vier lifum vid þaa Tru,
Vier munum Heñe hiaa,
Þo Harma vein heyrest nu,
Himneska Roosemd faa;
Þaa eru afþerrud Taareñ.
Giefe oss Jesus Glede þa.

15. Gud veite øllum oss,
Æ medañ Lifum hier,
Umbera allañ Kross
Uppaa sem lagdur er,
Og nær Lifs Glas er endad,
Eilifa dird hiaa sialfum sier.

Landsbokasafn Island

IN OBITUM
GENERIS ET VIRTUTUM NOBILITATE ADMODUM CONSPICUÆ
MATRONÆ
JORUNNÆ SKULONIDIS,

Natæ Anno redemti Orbis MDCXCIII.
Marito, adhuc ſuperſtiti, at mœrore & ſeniô fermè confecto,
Nuptui datæ Anno MDCCXI.
Nunc Hlïdarendi Rangarwallentium.
Denatæ Anno MDCCLXI. Die 8vo Junii,

Cujus Reliqviæ, liberorum, Conſangvineorum, & Magnatum è vicinia benè multorum, parentantium coronâ ſtipatæ ac ductæ in Æde Sacrâ, qvæ Teigi eſt, Die Menſis 22do ſolenniter deponebantur,

Breve hoc Epicedium modulatur

VIDUÆ MOESTISSIMÆQVE DOMUI

Cliens amiciſſimus

EINHARDUS JOHANNIS Filius.

Eheu! Nos iterum atqve iterum qvi ad funera, ad urnas
Poſcimur! atqve umbris ſolemnia ferre jubemur
Leſſibus, & lacrymis & luctiſono ſingultu!
Nempe eſt fixa dies, & terminus, omnibus ævi,
Qvem nulli ſuperare licet, citrave movere,
Aut ultra! Deus aſtra regens docet omnia Parcas
Qvâ vice cuiqve ſuum ſtamen nectantqve ſecentqve,
Ipſe regit data juſſa, manusqve & penſa gubernat.
Cuncti matre ſati tellure, reſolvimur ortus
In veteres; cinis in cinerem, & de corpore putri
Præbemus dulcem colubris immitibus eſcam.
Exemplum datur ante oculos, loqvitur qvod eandem
Humani generis ſortem; nam Matris honeſtæ
Teigenſi in Templo nuperrimè humavimus oſſa;
Hinc JORUNNA abiit SCHULONI qvæ ſata qvondam,
Qvam genus atqve fides, probitas, prudentia candor,
Larga manus, pietas & commiſeratio egeni
Condecoraverunt, pia qvod Fliotzhlïda probabit:
Nobilis Hancce Viri canîs veneranda, ſenectus,
Nunc vidui, flet; Tota Domus Thorlacia deflet,
Haud ſine cauſſa eqvidem; Flet inops, heic namqve levamen
Ipſius periit magnum; Pupillus & ora
Humificat. Verum vos orphana turba & Amici,
Qvid nos flere juvat? cur invideamus Amicæ,
Pro curis reqviem, pro fletu gaudia nactæ,
Defunctæqve ferè in-numeris jam laude periclis?
Ergo vale, Victrix Anima! ac celebrando triumphos
Vive diu; vive æternâ fruitura ſalute
Semota â curis longe mortalibus; inter
Qvæ Superos, inter ſanctas agis Heroinas
Ocia. Jam tibi parta ſalus, jam condita tuto
Es portu: Sed vaſtum aliis maris æqvor arandum eſt,
Qvi nondum fragilem mutârunt funere vitam.
Nunc vale! Et hâc tenui, Tibi juſta ſoluta, Camena,
Munera ſupremæ pietatis, ſuſcipe Luxi!

OBITUM

AVIÆ SUÆ NUNQVAM NON DESIDERATISSIMÆ

JORUNNÆ SKULONIS FILIÆ

RUDI, QVOD SEQVITUR, CARMINE

LUXIT

SUO ET FRATRUM NOMINE

HAVNIÆ
DIE 20 DECEMBRIS 1761.

SKULO THEODORI THORLACIUS.

Cev ſuas præceps legit unda ripas,
Labitur velox avis ut per auras,
Sic fugit tempus, rapidumqve tenſis
Avolat alis.
Gignitur verno brevis herba ſole,
Creſcit æſtate ac adolet, ſed udo
Tempore autumni, poſito colore,
Cana ſeneſcit.
Qvodqve vernantes colubros & ignem
Gramen æſtivum, & vigiles metentûm
Luſerat falces, id hyems furenti
Corripit ira.
Iſta mortales eadem manet ſors;
Vilius noſtrum decus eſt agreſti
Flore; ceu ſancto cecinit repletus
Numine vates.
Sævit huc, illuc, juvenem ſenemqve,
Falx metit cæcæ vaga mortis, unus
Nec dies tutus, ſed edax minatur
Qvisqve ſepulcrum.
Nec virum robur, puerum venuſtas,
Juvit aut uſus ſenium, furit mors
Parcere, ac ullis precibus minisve
Neſcia flecti.

Filium matris modo de mamillis,
Mox rapit matrem furioſa; plangit
Mox vir uxorem, modo ſparſa crines
Nupta, maritum.
Haud adhuc deſæviit ira mortis,
Namqve JORUNNAM tulit hinc, anhelat.
Mœſta, defunctæ, ſoboles ſenexqve
Morte, maritus.
Sæpe, cum nudus timuit malignum
Aerem, veſtes dederas; miſelli
Sæpe lenîſti ſtomachum benigno
Pane, latrantem.
Sæpe contemtæ viduæ miſerta,
Sæpe pupilli mala qvæ dolebas,
Nec tamen mater tibi lex pepercit,
Aſpera fati.
Sed qvid accuſo tua facta lethum,
Regis æterni ſeqveris paratum
Juſſa, qvi ſolus ſapiens gubernat
Fata piorum.
Approbamus, qvæ mala ſæpe; ſæpe
Diſplicent nobis bona; ſic latet nos
Finis occultè ſapiens videntis
Omnia mentis.

Vita plus letho nocet iſta, vitam
Qvis ne felicem ſtabilemqve mutet
Luce, qvæ fallax miſera & moleſti
Plena laboris?
Mitte veſanas igitur qverelas,
Numqvid elabi potes? è dolorum
Valle, qvi Chriſto moritur ſuperna ad
Gaudia migrat.
O vices lætas! Paradiſus orbem
Excipit; cœli domus alta ſanctos
Millies circum repetit; ſupremo
Gloria Patri.
Hìc nec ærumnis, locus aut dolori,
Hìc doli ſanctis nihil impiorum,
Hìc piis fœdâ nihil hoſtis Orci
Dente nocebit.
Jam tuis mater, Deus hic ocellis
Summus abſterſit lacrymas; ſed olim
Terget & noſtros, dabiturqve tecum
Vivere lætis.
Vita, qvæ fallax, brevis & caduca es
Ocior, cœlum mihi qvid moraris?
Curre. Laus ſummo tibi ſumma ſemper
Summe Jehovah!

Avo non dolere.

Qvid fles? doles? qvid ingemis ſenex Ave?
Cur emadet canum caput?
Tantumne matrem fles adhuc demortuam?
Orbus fideli Conjuge
Nec te nec illam lacrymæ juvant tuæ;
Beata te vivit magis.
Trophæa parta geſtat, atqve ovantibus
Commiſta cœlitum choris.
Sanctos & inter angelos, conſortia
O, ter qvaterqve dulcia!
Beata, io beata vivit, turbidis
Curis procul mortalium,
Procul periculis & hoſte, maximas
Jeſuqve dicit gratias.

Hinc fletibus non indiget viventium;
Qvin gratulare inſignia
Optata, palmas, pacis, atqve candidam
Veſtem, decora præmia!
Vivat, fruatur his bonis, hacqve reqvie
Per æviterna ſecula.
Tu parce fletu, parce lacrymis Ave,
Qvietus exſpecta brevi.
Dum mors dolores finit hac vita ſimul
Redditqve cœli gaudia.
Notum redibit ſalva conjux in ſinum,
Qvacum beatus poſtea
Lætis vacabis jubilis, Haleluja
Canesqve cœlicum; Vale.